Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



de excelso in oppidum. Et locutus e
cum saul in solario. Strauit q; saul
et dormiuit. Cumq; mane surrexisset
et iam diluxisset. uocauit samuel saul
in solarium dicens. Surge ut dimit
tam te. et surrexit saul. egressi q; sunt
ambo ipse uidelicet et samuel. Cum q;
descendisset in extrema parte ciuitatis
samuel dixit ad saul. Dic puero ut
antecedat nos et transeat tu autem sta
paululum ut indicam tibi uerbum dei

X

Tulit autem
samuel lenticulam olei et effu
dit super caput eius et osculatus
est eum et ait. Ecce unxit te dominus
super hereditatem suam in principem. et tu
liberabis populum eius de manibus in
imicorum eius qui circumdant eum. Et
hoc tibi signum quia unxit te do
minus in principem. Cum abieris
ame hodie inuenies duos uiros iuxta
sepulchrum rachelis in finibus ben
iamin in mercie salientes asinas fo
ueas. dicent q; tibi inuente sunt asine
ad quas ieras requirendas. et ecce
sis pater tuus asinus sollicitus et pro
uobis et dicit. Quid faciam de filio meo
Cumq; abieris inde et ultra transieris
et ueneris ad querum thabor inuenient
te ibi tres uiri ascendentes ad deum
in bethel unus portans tres edos. et
alius tres tortas panis. et alius por
tans lagenam uini. Cum q; te salu
tauerint dabunt tibi duos panes. et
accipies de manibus eorum. Post
hoc ueniens in collem dominum ubi est
statio philistinorum. et cum ingressus
fueris ibi in urbem obuium habebis gre
gem prophetarum descendentium de excelso
et ante eos psalterium et tympanum
et tybiam et citharam ipsos q; prophetantes
et insiliet in te spiritus domini et pro
phetabis cum eis. et mutabis in uiru
alium. quando ergo euenerint hec
omnia signa tibi. fac quecumq; in ue
nerit manus tua quia dominus tecum
est. et descendes ante me in galgala et
quippe descendam ad te ut offeras ob
lationem et immoles deo hostias pacifi
cas. vii. diebus expectabis donec ueni
am ad te et ostendam tibi quid facias
Ita q; cum auertisset humerum suum ut
abiret a samuele immutauit ei deus
cor aliud. et uenerunt omnia signa
hec in die illa. Venerunt q; ad predictum
collem. et ecce ut ueniens prophetarum obui
ei. et insiluit super eum spiritus domini
et prophetauit in medio eorum. Uidentes autem omnes qui nouerant eum
heri et nudius tertius quod esset cum
prophetis et prophetaret dixerunt ad inuicem
Que nam res accidit filio cis. num
et saul inter prophetas. Respondit a
lius ad alterum dicens. Et quis est pater
eius. propterea ut sit prouerbium. num
et saul inter prophetas. Cessauit autem pro
phetare et uenit ad excelsum. Dixit
q; patruus saul ad eum et ad puerum
eius. Quo abistis. qui responderunt.
querere asinas. quas cum non reperi
remus ad samuelem. et dixit ei pa
truus tuus. Indica mihi quid dixit
tibi samuel. Et ait saul ad patruum
suum. Indicauit nobis quia inuente
sunt asine. De sermone autem regni
non indicauit ei quem locutus ei
fuerat samuel. et conuocauit samuel
populum ad dominum in maspha. et ait ad
filios israel. Hec dicit dominus deus
israel. Ego eduxi israel de egypto et eripu